



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 5. Repetita dictorum consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

gau-
t & glor-
anti auto-
romissio-
as, confi-
sua erg-
do duc-
n prece-
am, fa-
adeo que-
t ut hunc
n por-
Ecce si-
s seipsum
orunqu-
s qua-
calamita-
elo cum-
quam u-
ic illud
torificat-
corde, et
ac anima-
s creare-
cum in
in cam-
pera. Di-
ffile sum-

ciat, quæ tamen quia singularem afferunt consolationem, nequaquam prætermittenda putavi, pluribus tamen alio in loco prosequar & perficiam.

§. V.

Repetita dictorum consideratio.

Quod si quis hisce non minus præclarè quam vere dictis non movetur ut spem suam omnem in Deo ponat, ne bono bonis omnibus mundi præferendo privetur, hunc ego non verebor insanum dicere, aut nescio quibus beneficijs dementatum in suis miserijs aestimare; utpote qui ad quærendum aliquod suis in ærumnis levamen, non dubitat procul abire ut fodiat sibi in sudore vultus sui cisternam dissipatam quæ continere non valet aquam, nec nisi fætentem præbet & corruptam; cum habeat prope fores suas fontem perennem aquæ vivæ salientis in vitam æternam, unde possit haurire in gaudio copiam cœlestium consolationum, quæ afflictionum omnium ardorem extinguit. Dic mihi Anima diffidens & modicæ fidei, quæ times ne terra te deficiat in medio terræ & velut desperata quereris vitam tibi exosam esse in tantis calamitatibus & persecutionibus, quas pateris, dic, inquam, credisne

H

sal-

Saltem in Deum qui te condidit? Credis
eum esse omnipotentem, sapientem, ver-
cem in dictis suis, fidelem in promissis?
non credis, abi igitur post vestigia gregi
tuorum, inter feras & bestias pascere, upo
indigna quæ inter homines numereris, ut
nomen geras rationalis Creaturæ, quando
quidem non agnoscis Creatorem tuum.
Quod si eum confiteris & credis esse, quod
est, plenum virtute, sapientiâ, bonitate, fido-
litate, cur non recurris ad tam potentem tan-
tum studio sum tui protectorem? Cur non rueris
amplexus ejus expansis brachijs te benevoli-
præstolantis? Numquid non invitat ad se om-
nes? Numquid non clamat? *Respicite filii na-*
ziones hominum, & scitote quia nullus sper-
vit in Domino & confusus est. Quapropter
adhuc caligas ad tantam lucem meridianam
Sole clariorem, si divinis ejus inspiracioni-
bus, quas tibi suggerit, non moveris, nega-
non potes emotæ mentis te esse aut Crea-
turarum incantationibus miserrime delusi-

§. VI.

*Falluntur qui sperant à Deo, spiritua lata
& non temporalia.*

Quis seruo præterea aliam hac in re diffi-
ciliam hominum, quam non possum quan-